

Bayerische
Staatsbibliothek
MÜNCHEN

HIERONYMI
CARDANI MEDI-
CI MEDIOLA-
NEISIS,

*

DE SVBTILITATE
LIBRI XXI.

Ad illustriss. Principem Ferrandum Gon-
zagam, Mediolanensis provinciae
Prefectam.

*



L V G D V N I,

Apud Gulielmum Rouillium sub scuto
Veneto.

1551.

LIBER DECIMVS.

De Perfectis Animalibus.

*Anima-
lia perfe-
cta nobilio-
ra nouem
differētiis
comprehen-
duntur.*



NIM ALIVM perfectorū, quædam in folo habitant aëre, pedibúsque carent, tametsi hæc Aristoteles non cognoverit, vt Manucodiata: alia in aëre & terra, vt Aquila, & pleraque aliæ aues: alia terrestria

sed autibus similia vt Struthio camelus: alia aquæ ter- ræque comunia, vt fiber: Alia aues natantes vt olores: alia pisces volantes: alia pure terrestria vt canis: alia sub terra habitant vt talpa: alia in aquis solum degunt vt Delphin. Nec nostri instituti est omnes species, sed tantum genera hæc nouem contentasque sub illis nobiliores species attingere. Varij generis. incertaque naturæ fuit animal, quod præsenti anno xix.

*Animal
incerti ge-
neris, ac
forma.*

Ianuarij Papiæ vidimus. Vulpis magnitudo, aliquanto longius, ore & rictu leporino, cum pilis longis, doobulisque dentibus prælongis: siquidem digiti humani longitudine prominentibus admodum sciuri: oculis serpentinis, quippe qui angulis carerēt & nigri essent. Pileus inerat capiti, hircinæ barbæ simillimus, sed non aliter quam crista pauoni. Pilus mustellinus ac palcher, nisi quodd super collum velut lana candida videbatur, anteriores pedes vt taxi, aures & posteriores nihil differentes ab humanis: nisi quodd pedibus vngula vrsi pro humana erat. In dorso postremaque parte spinæ circiter centrum, histricis instar, quarum quædam in apice curuabantur, prominebant alioquin immobiles: nec vt de histrice ferunt emissariæ, cù moueretur strepitum dum se colliderent edebant. Cauda

anser

anserina, sed in spinas plumæ finiebantur. Si reliqua
nō videoas anscrem dices: candidis ac cinereis plumarū
sedibus, latoq; lumine anserē æmulantibus. Vox sub-
obscura, rauca quasi latrantis canis. Iracundū animal,
sed tamen quod facile à circulatore tractaretur. Ca-
nes odio prosequebatur maximo, sexus foeminei, at-
tatis iuuenilis. Potus nullus, cibus, panis aqua madefac-
tus. Animal hoc sui generis vix esse credam, sed ex hi-
strice alioque velut vrsō natum. Histricem enim con- *Histrix.*
stat esse suem spinas illas habentē in dorso, quas possit
ejaculari. Africam mittere proditum est, sed nunc &
Gallia habet & Italia. Spinæ palmi longitudine, præacu-
tae, leues, albo nigroque distinctæ. Sunt erinaceo spinæ
similes, sed longè minores, totoque corpore, & quæ
emitti nequeant. Est & Erinaceus histrice longè mi- *Erinaceus*
nor, cogitürque in orbem. Sed ædepol ad hominis sa-
lutem natū: siccitate enim ac temperie sua iuuat iecur,
renes, vesicam, ventriculum, pulmones. Huic tanquam
è regione ouis opponitur vellere mollissimo. Pabula
sterilia subtilitatem lanæ augent. Vnde Vir.

*Si tibi lanicum cura, primum apera sylva
Lappaq; tribulique absint: fuge pabula letu.*

*Ouiū Vir-
litas.*

*Libr. 3.
Georg.*

Ideoque Anglica lana nunc vt olim Milesia celebra-
tur. Quare iterum ille:

Eam circum Milesia vellera nymphæ Carpebant.
Ergo nunc Britannia inclyta vellere est. Nec mirum, *Britannia*
cum nullum animal venenatum mittat, imò nec infe- *Laus Cr-*
stum præter vulpem olim & lupum, nunc verò exter- *mira.*
minatis etiā lupis tutò pecus vagatur: rore cœli sitim
sedant greges, ab omni alio potu arcentur, quod aquæ
ibi ouibus sint exitiales: quia tamen in pabulo humi- *Cornicium*
do vermes multi abundant. Cornicium adeò multitu- *multitudo*
do

in Britan- do creuit, ut obfrugum damna nuper publico consueta cur sit, licet illas perdentibus proposita præmia sint: ubi enim pabulum, ibi animalia sunt quæ eo vescuntur, atq; immodicè tunc multiplicantur, cum ubique abundauo-
Cur Brita- rit. Caret tamen ut dixi serpentibus tribus ex causis
nia serpen- nam pauci possunt generari ob frigus immēsum, quia
tibus ca- verò optimè colitur, qui geniti sunt exterminantur.
reat. Cum autem semel illis vacua fuerit, non potuerunt aliunde aduenire, prohibente mari cum insula sit.

Lucij pi- Eadem in lupis fermè ratio est. Mirum est illud, scilicet mirū, quod à tot audiui viris, ut impudentius fuerit tot testibus mendacium non credere, quam veritatem aduersus eorum authoritatem tueri: lupum piscem fluuiatile, quem luciū Itali vocant, scisso ventre ostendendi lactis causa, inde consuto, atque inter tinchas in viuariis reposito sanari humore earum, dum se illis lupus ventre affricat. Hoc tamen causam habet manifestam cum viscera non sint oblæsa, & humor ipse glutinosus sit, aërque ad corruptionem minimè paratus. Nec scio an in Italia experienci hoc sit successum. Quid demum? nonne illud ut ad ouium historiam redeam, mirabilius evenit ob regiones, quod in calidis regionibus veruccum caudæ quatuordecim librarum nonnunquam, & viginti & triginta, quandoque etiam & quadraginta sint, vt non tantus ullus hic veruex, quanta est cauda in regionibus illis. Contingit hoc, quia humidissimum est hoc animal & inter quadrupedia frigidum. Cumque cætera ossa extendi nequeant, ne pinguedine propria obruatur animal totum humorem in caudam transmittit, fitque carne & pinguedine immensa extensis etiam ossibus ac nervis non parum, quæ hum

*Pernecum
caude im-
mensi pon-
deris.*

humida natura velut & pisces semper incremento apta sunt. Sed nonne illud etiam dignum admiratio-
ne, quod veruecibus quibusdam quatuor sint cor-
nua, quorum aliquos mihi videre contingit: sed mi-
nore miraculo quam referat Aristoteles, visam ca-
pram in crure cornu habentem. accidit hoc errore
proculdubio naturae & materiae ad cornua generanda
aptæ multitudine at in his quod caput esset imbecille,
maluit natura diuidere onus, quam moleste grauare
veruecem.

Oues tacentur canes, qui pluribus generationibus *Canes in*
transcunt in agrestes, primo canes, inde in lupos: sicut *lupos, &*
& lupi cicures, post multas generationes in canes trans- *lupi in ca-*
eunt. Vnde lycisca est lupo canaque, nec obstat vocis va- *nes.*
rietas, quandoquidem in occidentali India in Hispania *Lycisca.*
na insula canes ex toto muti sint, quanto magis vulpa- *Canes mu-*
re possunt, cum etiam aliqui canes domestici vultent, ti-
tametsi inter ostenta habeatur. Miscetur canis vulpi
& tigridi communibus filiis, qui utriusque referunt
formam. Nam cum tempora gestationis uteri conue-
nerint misceri possunt, ut in arboribus dictum est, &
cibus communis extiterit. Alopecia est cane ac vulpe,
quem vidi masculus erat & mutus, nescio an tales sine
omnes. Hoc animal ingeniosissimum videtur natura
homini consulto copulasse: quod semper natura simili-
lia similibus necesse nitatur, & morum similitudo pa-
riat ac retineat amicitiam. Grauis enim esset canis ho-
mini, ni adeo solers natura esset, amatur ob diligen-
tiam & ingenium quibus placet. Ferocissimi & robu-
stissimi maximisq; sunt in Corsica insula, tum ob aë- *Canes a-*
rem (humido enim crescunt quæ natura sunt sicca) *cerrimi,*
tum ob exercitationem & educationem. Caput habent
max

maximum corporis comparatione, quod etiam magnum est. Cibus, pugna, aër, educatio, natura illos immutant, adeò ut specie differre videantur. Docentur odiſſe genera quædam hominum ut quódam Rho-
Canis mi- di Turcas, Bezerillus Indos. Hie erat canis qui homi-
rabilis sen- nes Indos ab Hispanis discernebat, authore Gonzalo
sm. Fernando Ouidio. Humanis carnibus maximè effe-
 rantur, & sensum supra naturam acuūt. Ut ille doctus
 esset, volentes ducere, nolētes lacerare, prostratis par-
 cere. Quod illi in Dei voluntatem & indulgentiam
 transferunt, ego vel cibo humanæ carnis tribuo, vel
 vsui, vel potius demonum auxilio. Neque enim place-
 re Deo tantam crudelitatem mihi persuaferim. Hic
 vocem pugnantium retrahentiūmq; intelligebat, do-
 cens & digito vel nomine demonstratos aggredi, la-
 cerare, trahere.

*Resoma-
cba.* Nascere animalia hominū moribus similia in sin-
 gulis fermè regionibus edocet in Lithuania Rosoma-
 cha, animal quantitate canis, facie felis dorso & cauda
 vulpis. Hoc enim adeò est vorax, ut cum cadauera de-
 pascatur, plenum iam ventre toto, inter duas arbores
 quæ parum inuicem distent alio compressa emittat
 quod ederit, inde ad saginam reuertatur. Sic Lithua-
 ni hominum sunt voracissimi.

Sed ut reuertar ad canes, nullū animale est tā docile. Docetur venari, explorare, & ferre: ut esset ingenio-
 sum siccū esse oportuit, atq; ob id obnoxium rabiei,
 quod summum est malū, & demorsis hominibus im-
 medicabile, ubi aquam odiſſe cœperint. Sic Ouidius:

Et formidatis nulla medetur aquis.

Venantur fermè sponte, docentur explorare, quidam
 odore aues explorant, quos sagaces dicūt, vulgus bra-
 chos:

chos: alij lepores & ceruos, qui primum retinent nomen. Sunt & retiarij, qui intuitu terrent perdices ac coturnices donec rete capiantur. Commune omnibus canibus est domum tueri, oblatrare aduenis, & perse-
qui pauperes, & qui laceratis vestibus sunt. Instruūtur *Modus*
sensim ad ferendum: primò projecto pane, sed sic ut *quo canes*
parere imperanti & ad se vocanti cogatur, post panis *docentur*
pyxidi clauo includitur, vt cum panem famelicus in-*ferre*.
uaserit pyxidem ferat vocatus, ne panem relinquat.
Sensim verò à clauo panis aufertur, vt tandem con-
suetudine pyxidem clauo mordicè capto referat. Sic
tandem ferrum reportat, eadēmque ratione lapides, &
quicquid est difficillimum. Tandem aquis tabella im-
mittitur cum pane, inde clavis cum pane, eadem indu-
stria panis clauo adiicitur muro infixo, vt canis non
cesset donec clavum eruerit. In omnibus famè opus
est magistra iuxta Persianum illud.

Venter negatas artifex sequi Voces.

Semestri spacio temporis sic canem erudiui: vt nec
puer docilior videri posset, aut ad mādata promptior
cum nutus ipsos intelligeret. Et quamuis totum in do-
centis industria sit repositum, eligūtur tamen pilosi,
ac pilo minimè recto, sed tenui atq; molli tum prono,
ingeniosiores hi videntur & patientiores laborum, ac
magis obedientes, qui & parum latrant: vt melitei gra-
tiores, nullius tamen usus ob paruitatem. Certa non
est canum magnitudo, nec ingenium, nec color unus,
nec vox. Alij boues fermè aequant magnitudine, alijs
mūribus non sunt maiores, muti alijs, alijs clamosi, alijs
vululant etiam. Rubei, candidi, ruffi, nigri, varij, alijs
obesi, alijs cursores, alijs macilenti, rudes alijs ac quasi ru-
ftici, alijs mansucti, crudeles, alijs feroce, timidi alijs, &

B

quidam apti ad omnia seu sensibus, seu ingenio valent. Ita denique nihil moribus & varietate hominum discrimina adeò æmulator, vt canis.

Elephantis forma. Verum quidam præferunt Elphantes, Alij Cerco-
pithecos canibus, industria & sagacitate. Elephantem
vidisse se refert Arrianus, qui cum in auribus bina
haberet cymbala, promuscidè alternatim ea tangebat ad
rithmum, saltabátq; pro rithmi ratione, cæteris eum
imitantibus, choreamq; ducentibus. Idem tanguntur
misericordia, & regem adorant, & iuramentū norunt,
& exigunt, & sydera venerantur, & sui miseret: agno-
scunt sessorem, & vltionem expertunt eorum à quibus
injustè vexantur, & nihil ad humanitatem deesse eis
videtur, præter sermonem, cum multi etiam homines
bruti & disciplina & moribus ipsis Elephantis magis
videantur. Maxima proceritas est, vt homo eretus ex-
tensis manibus eam æquet, ternos bubalos crassitudi-
ne excedunt nonnunquam, cuius pili etiam illorum pi-
lis extant similes. Oculi quales apris, ac dentes superio-
res prominentes binis aut etiam amplius cubitis, acie
sursum versa. Cauda bubali, pedibus rotundis vt or-
bes ad vnguem, in quibus quinæ vngulæ ostreaceæ cō-
chæ magnitudine. In cauda pili admodū rari, ipsa ter-
nos fermè palmos æquat longitudine, aures autem ge-
minos. In suprema maxilla promuscis ipsa oblonga qua-
si è nare oritur, dura materia ac neruosa coriōque va-
lido obducta, in cuius extremitate quoddam promi-
net additamētum, vt suibus in extremo narium orbis
culare, subest quasi in abdito vt etiam suibus os Ele-
phanto, promuscidèq; eibos ori admouent: Robur ei
parti incredibile facile enim arbores prosternit uno.
Itu quas viginti homines si prosternere aggredian-
tur

tur frustra tētauerint. Fœminæ robustiores, iracundæ
magis accrudeles, sed tamen masculis minores sunt.
Incedunt adeò molliter, vt non secus ac mare his qui
non assueti insederint nauseam commoueant. Iuuen-
culi autem gradatim eunt, non autem aliter quam
asturcones, aut mulæ disciplina instructæ. Promusci-
de colligunt stipes, vnde etiam manus vocari solet, ge-
nibus flexis excipiunt vectorem, regimque vt dixi ado-
rant: eadem arborum ramos yellunt, quibus pascuntur
nonnunquam vt herbis, limosa & palustria amant &
inhabitant vt sues neque si recte consideres cum ullo
alio animali cognatio maior, gloria incitantur, & vo-
cem adeò rectoris intelligunt vt alics feriant, ab aliis
abstineant. Solet promuscidæ ensis duorum cubito-
rum validus alligari, quo & mortales & equos pro-
sternunt: ab equis etiam timentur, sicut & ipsi ignem
formidant, vnde aduersus illos Indi facibus se tuen-
tur, vt timore perculsi maiora suis damna inferant
quam hostibus. feruntur etiam naturali quodam in-
stinctu vocem apri formidare. Dentes de quibus dixi
tantæ sunt magnitudinis vt exerti hominem manibus
distentis recte stantem, quamuis obliqui superent alti-
tudine, crassitudo qualis humano capiti, pulchritu-
do mira. Nam dentes Elephantis ebur propriè sunt
quamuis etiā omnia ossa eodē nomine vocetur. Nihil
melius ad pectines, sed & alia opera usum præstant,
haud mediocrem, cum etiam inter gemmas se deat, &
cum marmore certet. Soliditate sua ac tenuitate fit vt
totum cum tale sit, viuacissimum animal reddatur: at-
que hoc unum est Elephantis priuilegiū. Nam magni-
tudine & robore à cetis & serpentibus quibusdam vin-
citur, sagacitate ab homine, & æquatur à canibus:

B 2

cæterum vitæ longitudine quod sciam nullum est præstantius ducentis annis viuere palam est, multi tamen authorum trecentis affirmant. Neque enim animalia in aqua degentia ob humidum liquidius tamdiu vivere possunt, nec aves ob paruitatem, nec quadrupedi alij melior temperatura concessa est. Quamuis verò lentè videatur moueri, homines currentes tamen consequitur ob vastitatem corporis. Binæ clitellæ duabus cæthenis sub ventre positis dorso imponuntur, his castellum ligneum imponitur in quo seni homines ad minus, quandoque etiam usque ad quatuordecim armati pugnant omni telorum genere. Sed hoc genus pugnæ olim præclarum, tormetorum igneorum violentia euiluit. Huc usq; videtur natura processisse in animalibus brutis, ut māsuetissimum maximè lōgauū & ac robustū & magnitudinis raræ procrearet. Atq; hic status mortali huic materiæ vltimus, præter hominem cui melius aliquid largiri excogitauit: nam Elephantis sanguis etiam prædulcis est, ac pro tanta mole tenuis. Promuside odores sentit Elephas, & māmas habet duas sub armis, adeo paruas ut à latere nequeant conspici: neque enim magnitudini corporis vlla ex parte respondent. Mas coire quinto aut sexto anno incipit, & vere coit, nec nisi singulo triennio reddit ad venerem: fœmina anno xij. cum celerrime, xv. cum tare dissimè fœtū gestare incipit: fert biennio toto, & mas quam grauidam semel reddiderit, inire amplius nō sustinet. Catulus cum nascitur vitulū trimestrem æquat magnitudine. Potum haurit incredibilem, & cibi maxi est. Floret circa annum etatis LX^m, spirat etiam promuside, tot ei commoda unum præbet membrum frigoris impatiens est, & ob id præcipue nascitur in

In.

India. Vbi etiam Rhinoceros, animal rarum, equi *Rhinocer.*
magnitudine, pilo mustæ simillimo: capite ceruino, ros.
in quo cornu crescit unicum cubitorum trium longi-
tudine, media in fronte atq; rectum, in imo autem am-
plum tendens in aciem. Collum breue, iuba rarissima,
& in alteram tantum partem tendente, crura velut ca-
preolo tenuia, postremorum pars posterior multo pi-
lo villosa, vngulæ bifidæ: in vniuersum si quis aduertat
cerui naturæ non est absimilis præter cornu illud: fe-
rum est valde. Nascitur & in Aethiopia inter solitudi-
nes squalentemque terram, atque inter serpentes, mi-
rumq; in modi venenis cornu eius aduersari creditur.

Alces.
At contraria aëris qualitate penitus sub Boreali polo
Alces nascitur, ceruo simile, cruribus anterioribus
longioribus, carnem habens promiscidem breuem
tamen: cuius vngula si collo appendatur comitiales
fanare siquid aliud posse creditur, falsoque carere
genubus.

Animal aliud mittit Aethiopia, parte anteriore vul *Animal*
pi persimile, cauda & posteriore cercopitheco: pedi- *monstro-*
bus anterioribus humanis, auribus vespertilionis, sum.
quod crumenam habet sub ventre, qua catulos vnde-
quaq; gerit, nec dimittit nisi dum lactare vult. Mittit
& **India** occidentalis Chiurcam è mustellino gene- *Chiurca,*
se, quæ eodem modo filios secum fert.

In eadem Aethiopia vaccæ sunt cornu unicum in *Vaccæ uni*
fronte gerentes paulò longius palmo, quod recurua- *cornes.*
tur in terga, pili cærulei sunt. Aliæ cornua habent cer *Vaccæ cer-*
vina, pilo subnigro, quas eadem regio mittit. *vina.*

Nascitur & Leo eisdem in locis, fermè animalium *Leo.*
quadrupedum audacissimum cuius ossa ignem colli-
sa creduntur excutere, longo corpore, colore fuluo,

aci intuitu, longa cauda, quam quatit per sepe, pilus non rectus anterius sed mollis ac flexus, breuior parte postrema, capite magno, rictu oris amplo, vnguis maximis ac durissimis armatus, rugitus asper. Iracundum genuit, quia fortissimum, atque ob naturam tam calidam alternis diebus laborat morbo, quibus iacet prostratus & rugit, non totis diebus, sed statim horis.

Mustella- Sunt etiam animalia pellibus nobiliora, ut lincei, &
rum gene- e mustellarum genere plurimæ, Martori, Varij, Lar-
ra. dironi, Viuerræ, Ginettæ, Has Hispania mittit, for-
Zebellina ma & moribus domesticis mustellis, quas nos Foinos-
pelles. vocamus similes, pelle varia ac nigro & cinereo alter-
rellis col- nantibus maculis distincta. Sed Zebellinæ omnium
li cur diu- longè preciosiores pulchritudine & raritate. Has mit-
turnior. tuunt sub extremis septentrionibus Lapones. Pelle collis-
snac ani- diuturhiores plerumq; ut in vulpe, viuerra, lardiolo-
mal sua- nam partem eam cute solidiore ob periculum natura-
uißima. muniuit, inde factum est, ut pili diutius continentur.
carnis.

Videtur in Sarmatia animal cui simile magnitu-
Cur ani- dine, valde velox, cuius lana cinerei est coloris, cum-
malia que cornibus admodum paruis, cuius caro adeò est suauis
dam iucū vt Imperatores Tartarorum (sic enim vocantur nunc
dissimi o- & Scythæ & Parthi) illius greges venari non dedi-
ctoris. 13. gnentur. Negauerat Aristoteles animalibus iucundos
Prable. 4. inesse odores, adeòque constanter ut Pantheram bene
lib. 6. de olere tantum quibusdam animalibus affirmet, non au-
plantarū tem verè, neque ab hoc dissentit Theophrastus. Sed
cansis. 26. stercus animalium quoniam multum & humidum
 erat, impedire odoris suavitatem potest, in plantis
 nō ita cum sit modicum & siccum, atque concoctum.
Quamobrem animalibus quibus stercus bene olet;
 mo

modicum esse oportuit & siccum ut lacertis magnis,
de quibus supra diximus, quos etiam crocodileos vo-
cauimus & anguibus. Igitur ut natura nihil intactum
relinqueret studuit diligenter ut odoratum animal
efficeret, neque unum sed diuersa ratione.

Zibethum igitur finxit feli persimilem, sed maiorem, animal quod Hispania mittit, dentibus armatum & ferum valde, quod nulla temporis longitudine mitescat, pilo asperiore, ore oblongo, ut taxo animali: in huius tam masculi quam foeminae genitalibus folliculum genuit, è quo semen argenteo cocleari excipitur, adeò odoris fragrantis, ut vel grana tria, pondus librarum plurium cuiusque arboris odoratissimæ videntur. Oportebat enim in tanto conatu aduersus difficillimam rem naturam aliquid magnum efficere: Solent enim & homines conari, cum rem difficilem aggrediuntur, ut admiratione dignum aliquid efficiant: cùmq; meta superanda est, haud mediocri interuallo il lud efficere conamur. Quā eandē regulam in Moscho Moschus, etiam obseruauit: hoc mortuum tantū vidi in via vexillariorum Mediolani, Cum Zibethum viuentis imò viuentia viderim masculum ac foeminam. Moschus igitur magnitudine & forma ac pilo, nisi quodd coloris est magis glauci, capreolo similis est. Pilus tamen etiam crassior est pilo capreoli. Supra binos & totidem infra dentes habet, hōcque solo differt & odore à capreolo, nam pili varietas à regione ortum habere posset, cum animalia transalata filios longè sibi magis dissimiles quam pro hac varietate pili ex regionis diversitate pariant. Ergo infra umbilicum huic animali vesica colligitur, sanguinemq; impletur, quæ omnem rem ad hāc vñq; diē cogitā magnitudine & suavitate

odoris vincit & exuperat. Ut manifestum sit huiuscmodi animalia, neque Aristoteli neque Theophrasto nota fuisse: neque mirum, cum nec Galenus ad quem magis pertinebant, cum nullum nunc vnguentum horum expers sit, qui que plus quadringentis annis posterior illis fuit ea minime cognoverit. Hanc igitur ob vesicam totum animal quantum mittat iucundi odoris vix dicere queam, tametsi ut dixi, non solum mortuum, sed iam diu esset. Sed & folliculo illo per multos annos arcis indito, omnes quae intus vestes seruantur miro odore fragrant.

*Fiber &
Castoreū.*

Idem robur fibri testibus ineſt: abundat in Perside, sed ex Balascam vrbe aduehitur: tāta ineſt illi vis. cum nondum consenuit neque adulteratum eſt, ut Verto- manus referat, quaternos homines qui singuli post singulos illud naribus admouerant, sanguinem protinus ex ipsis naribus misiffe. Sed Persæ ob avaritiam nullum syncerum castoreum ad nos venire sinunt. Fibrum ipsum tamē nunquam vidi. Ferū animal eſſe canis magnitudine, sed oblongum, mansuetum, pilo nigro, atque splendido, cauda prælonga, atque a medio infra piscis caudæ simillima, pedibus posterioribus anserinis, ita dupli ci auxilio pedum scilicet postre morum & caudæ aquis innat. domos ex ligno miro, artificio construit: acumine enim dentium quos habet robustos, non aliter quam serra ad secanda ligna vtitur.

*Fera ani-
malia &
Cercopithe-
ci.*

Fera omnia animalia cicurantur, si statim vbi natamaliam sunt lacte humano laetentur à muliere, aut quod facilius est canino. Sic etenim feles discunt amare dominum, nec secus ac canes bladiri illi atq; cum comitari. Est & formæ raræ Cercopithecus, magnitudine ho-

mi